

## SCALA

stionis modum. Nam primo fuit argentum antequam fuit aurum: Ideo aurum est maxime digestum, &c.

*Primus gradus scalæ sapientium  
incipit.*

De modo nascentibus nati. Bachon in speculo alchimie dicit: Nullus natus nascitur nisi ex viro & muliere, nec etiam vllum germen gignitur nisi ex caliditate, humiditate, frigiditate & siccitate. Ergo nihil est operis, nisi ex eo quod est vere lucidum, vt ex sole purissimo, qui suo lumine omnia lumina est illuminans, qui illuminat aerem, & calefacit terram, calore suo generat & nutrit animalia plantas & lapides, & eijcit tenebras illius Mercurij & aliorum corporum imperfectorum, cum proiectus fuerit super ea, vt dicit Geber, de essentia & procreatione solis.

Quia sulphur est irradians & splendens in sua clarissima & mundissima substantia, illuminat & irradieat non solum in die, sed etiam in nocte in tenebris, & similiter omnia in quibus est splendor & magnitudo illuminans suo lumine.

Quæ quidem omnia sunt ex opere suo, cum ex vestimentis suis sunt induta.

Ergo qui quærit illum, faciat pacem inter ipsum  
suum